



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXII. Das Kapitel zu Soldin verzichtet zu Gunsten der Stadt auf das  
Patronat über zwei Altäre, am 20. Februar 1346.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

XXII. Das Kapitel zu Soldin verzichtet zu Gunsten der Stadt auf das Patronat über zwei Altäre, am 20. Februar 1346.

Nos Rudolphus, prepositus, Totumque Capitulum Ecclesie Soldinenfis Recognoscimus publice per presentes, Quod Consules Ciuitatis Soldin octo Talenta brand., in nostro priuilegio nobis per principem dominum Ludovicum Marchionem dato, contenta et nostro capitulo ascripta, appropriata duobus altaribus, scilicet sancti Remigii et altari exulum, in sua possessione pacifica habuerunt et adhuc habent, necnon ad dicta altaria personas presentarunt. Nos vero ipsos Consules in dictis octo talentis atque in presentacione personarum, dummodo presentauerint idoneas personas, nostro Capitulo competentes, qui diuinis officiis velint, possint et debeant sicut ecclesie nostre vicarii interesse, ob dictam literam domini Ludouici Marchionis in nullo uolumus derogare atque ipsos Consules impedire. In cuius rei testimonium Sigillum nostri Capitoli sub anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XLVI<sup>o</sup>, feria secunda proxima post dominicam, qua cantatur exurge, presentibus est appensum. Testes sunt Rudolphus, prepositus, albertus Rostim, Hinricus de Rempenhagen, Johannes de etc. (Uebrige Zeugen unleserlich.)

Nach dem sehr verblühtenen Originale des Soldiner Stadtarchives.

XXIII. Markgraf Ludwig genehmigt den Umtausch von Canonicaten zu Soldin mit Altären an andern Orten, am 23. August 1347.

Reuerendo etc. Permutacionem inter Joannem de Jagow, canonicum Soldinensem, de prebenda sua in Soldin, cum wilhelmo Brun pro altaribus suis in Bernsteyn et pozewalg, postquam permutacio inter dominum wilhelmum et lampertum de wedel de altaribus eorum in Soldin et pozewalg, de consilio et assensu Hassonis senioris concepta, coram nobis per gratiam uestram impleta fuerit, annuimus pure et consentimus per presentes, petentes, ut resignacionem dictorum beneficiorum prebende in Soldin et altarium in pozewalg, coram nobis factam, personas transponere dignemini antedictas, reuerenciam uestram sincerius requirentes, ut ad nullius occupantis instanciam dictam personarum transposicionem infumatis aliquo modo impediri. In cuius — datum Anno ut supra (Anno XLVII), feria ante bartolomei.

Ludovicus etc. honorabilibus uiris decano, preposito et capitulo ecclesie collegiate in Soldin, deuotis sibi dilectis, gratiam suam et omne bonum. Coram uobis et uniuersis presentes inspecturis publice profiteamur, quod ad permutacionis contractum per honestos viros dominum Ludovicum de wedel, canonicum uestrum, et dominum Joannem, plebanum in koningefberg, habitum uel habendum super ipsorum beneficiis, nostrum consensum adhibuimus et presentibus adhibemus, vos sincerius exhortantes, ut dictam permutacionem per recepcionem dicti domini Joannis et eius admissiorem approbetis. sic quod eidem domino Joanni suam prebendam, quam dictus